



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXIV. Bituntina fideicommissi. De eadem materia transmissionis
fideicommissi conditionalis in filios substituti præorientis ex conjecturis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Et apud Buratt. dec. 568. , Et in Bituntina coram Albergato dec. 377. par. 11. rec. , iudicatum fuit ad id sufficientes esse tres conjecturas in effectu in idem conincientes, Primò scilicet, quod testator equaliter vocavit Præcovium fratrem ac duos filios alterius fratris prædefuncti in stirpes, undè tantum habere deberet ille solus, quantum isti duo, & sic eum prædilexit, ideoque verisimile est, quod si cogitasset ad eius præmorientiam, etiam eius filios vocasset; Secundo ob præsumptionem, quod testator in dubio censetur se conformare cum dispositione juris circa ordinem intestatæ successione; Et tertio ex eo quod cum haberet fratres viventes, vocaverit etiam nepotes ex fratre prædefuncto, signum clarum, quod dilectio restricta non erat ad personas fratrum, sed extendebatur etiam ad eorum filios.

Resolutio mihi scribenti pro Petro & Dominico non satisfaciebat, undè in repositione occasione novæ audientia, credebam probabiliter sperandum esse recessum, vel moderatorem, quod saltem equalis esset contendendum conditio, succedendo potius jure vocationis quam transmissionis, sed subsequuta concordia sustulit ulterioris disputationis occasionem.

Durus siquidem parumque probabilis mihi videbatur effectus ex transmissione resultans, destructivus dictarum conjecturarum, præsertim secundæ super præsumpta voluntate servandi æqualitatem, quoniam ita posita transmissione omnium jurium patris in filiam resultabat, quod melioris conditionis esset unica femina, quam duo masculi, cum tanta esset portio istius, quanta illorum contra omnem probabilitatem; Licet enim huic inæqualitati, tam de jure, quam ex iudicio testatoris locus fuisset, si dictus Præcovius Cæciliae pater fuisset superstes, Atamen diversa est ratio, quoniam de stricto jure, ac attentò ordine proximitatis, frater in successione fratris, totum obtinere deberet in concursu nepotum ex alio fratre defuncto, tanquam gradu remotiorum, qui ex quadam æquativa legis fictione ad æqualitatem admittuntur, tanquam representantes eorum patrem, fingendo quod hic viveret, & quæ fictio consideratur etiam in transmissione, ut advertitur supra *disc. 98.* Hæc autem ratio adaptabilis non erat ad casum, cum ita cessaret dicta proximitas, dictaque Cæcilia esset in eodem gradu cum præfatis Dominico & Petro, undè quando etiam non obstat Statutum exclusivum feminarum propter masculos, itaut servandus esset ordo successione, qui per jus novissimum, sublata sexus & agnationis differentia, præscriptus est, ad summum dicta Cæcilia aliud prætere non potuisset nisi æqualem successione cum singulis in capita, dum hodie ubique, præsertim verò in Rota & Curia extra quæstionem recepta est opinio *Azzonis* contra *Accursium*, ut cessante concursu nepotum cum patruo, itaut necessarium sit beneficium representationis, per quod remotiores reddantur proximiori æquales, successio inter plurimum prædefunctorum fratrum filios sit in capita non autem in stirpes, ex deductus per *Buratt. Et Adde. decis. 352. Rot. dec. 600. p. 5. rec.* & frequenter.

Fortius verò quia non improbabilia adminicula & argumenta concurrere videbantur, quod testator neglexerat feminas, quæ ex fratribus prædictis esset superstes in concursu masculorum, itaut vocatio esset personalis, ac restringeretur ad eos, quatenus super viverent, dum in factò supponebatur, quod de tempore testamenti dictus Præcovius suscepisset hanc filiam jam testatori cognitam, illeque esset in

adeo gravi ætate, quod verisimiliter alios filios rare non posset, Undè propterea testator non dicitur Præcovium illique substituendo alios vel nepotes superstes, neglexit ponere in concorsione eius filios, ideoque videbatur, quod dicitur minam in proposito neglexisset.

Considerando etiam, quod in hac Curia Statutum feminarum exclusivum satis ceteris Curia ob celebres decisiones *Narnien. coram* inter suas *dec. 353. Et 390.* quæ in hæc materia circumferri videntur tanquam magis præceter enim Statutum non caperet calum, neque ultrò progrediretur, attamen illud dicebatur derabile pro attendendo morem regionis cum men antiquis moribus Romanorum ac hactenus gulanda voluntate testatoris verisimiliter neglexisset feminas extantibus masculis agnatis æquales, quodque saltem ista conjectura sufficiens debilitandas alias in contrarium, ut non restaret operativæ, ac propterea inhærendum esse excludenti transmissionem.

BITUNTINA FIDEICOMMISSIS

PRO

GIACCHETTIS

CVM

IOANNE BAPTISTA COZZANO

Casus decisus per Rotam pro Giachetto

De eadem materia transmissionis
commissi conditionalis in filios
stituti præmorientis ex conjectura

SUMMARIUM.

- 1 **F** Acti series.
- 2 **R**esolutio cause.
- 3 **D**e consuetudine Bituntina. super dote an debetur remissivè.
- 4 **D**e regula, & limitatione in materia transmissionis remissivè.
- 5 **D**e aliquibus conjecturis pro transmissione.
- 6 **D**e illa existentia persona prædictæ ac dispositæ resultantis.
- 7 **D**e vulgari anomala præservante à caducatione.
- 8 **D**e alia conjectura transmissionis quando alius personæ ab intestato esset testatoris exorsus.

DISC. CXIV.

Antonia de Electis, instituto Marco Antonio filio infante, huic in pupillari ætate, res testatoris documque morienti sine filijs legitimis & naturalibus decedenti, substituit quamdam piam Societatem, cum onere subsidiorum pauperibus operibus. Cumque prius obiisset Octavia, superstitibus filiabus de Giacchettis eius filijs, deinde verò dictus Antonius ab intestato, cujus legitima successio

delata fuit Ioanni Baptista Ioanni Baptista patri, hinc in bonis testatricis orta controversia inter dictos de Giacchetis, ac dictum heredem super substitutionis purificatione in Curia Episcopali Bituntina. prodiit sententia absolutoria hæredis r. i. contra. atque commissi per appellationem causa in Rota coram Albergato, datoque dubio An constaret de fideicommissio, itaut danda esset immissio, sub die 12. Martii 1671. affirmativa prodiit resolutio, atque decisio desuper edita habetur impressa dec. 377. p. 11. rec. & reperit post Censal. ad Peregr. dec. 18. cui resolutioni victus acquievit, insistendo magis super detractionibus eorum penè assem hereditarium abforbentibus, dum inter detractiones prætendebatur integra ejsdem testatricis dos debita filiis uti filiis iure proprio in vim consuetudinis illius Civitatis, ac desuper prodiit resolutio ipsi reo favorabilis, deindeque causa concordata fuit; Atque de hoc secundo puncto doris seu consuetudinis prædictæ habetur actum in hac eadem causa sub die de dote disc. 144.

Quatenus igitur pertinet ad primum punctum fideicommissi, non controvertatur regula ex parte rei conventi deducta, quam ego scibens pro actoribus iam præsupponebam, super caducatione fideicommissi conditionalis resultantis ab obitu substituti ante institutum, ac negatione transmissionis ad proprios filios. Sed punctus erat in pariter recepta limitatione ex conjecturis, ex quibus quamvis versaremur in dispositione transversalis (quo casu pariter receptum est, maiores ac efficaciores requiri conjecturas, quam in illa ascendente) iudicatum fuit limitationem resultantem, atque resolutionem, reflectendo etiam ad veritatem, visa est iusta beneque fundata.

Concurrere siquidem conjecturæ generales, de quibus in pluribus proximè præcedentibus discursibus, ac etiam disc. 98. ex auctoritatibus ac decisionibus ibi allegatis resultantibus, Primò scilicet, quod positi essent filii in conditione; Secundò, ex qualitate legitimorum & naturalium eis adjecta; Tertiò ex aliquo digressu ad plures gradus, Et quartò ex prohibitione alienationis, quæ tamen utpotè vaga & generales in quocunque testamento aliquam substitutionem continente frequentius adjici solita, solæ & de se se non videntur sufficere, bene tamen operativæ sunt, concurrente aliqua conjectura speciali magis proximè huiusmodi voluntatem suadente, vel denotante.

Dux autem conjecturæ speciales in hac facti specie concurrerunt id bene concludentes, Primò scilicet dicta ulterior substitutio loci pii minus dilecti, quam essent filii primi substituti ad eius exclusionem in conditione positi, atque in illorum concursu quamvis transversalium habèdi iure extranei; Tunc enim intrat ratio absurditatis expensa in d. disc. 98. quod scilicet cessat ratio favoris assistentis libertati bonorum, seu cessat altera ratio prohibitoria extensionis fideicommissi, ac prorogationis servitutis, dum nisi transmissarius succederet, subintraret alia substitutio ad favorem loci pii non defecturi, & cui obstat non poterat caducatio gradus præcedentis ob vulgarem in fideicommissio alias anomaliam, iuxta theoreticam Bart. in l. quamdiu num. 10. ff. de acquir. hered. latissimè in specialibus terminis pie causæ canonizatam in Ravennaten. bonorum coram Corrado decis. 12. par. 10. rec. & in aliis de quibus supra in Perusina fideicommissi de Ansideis disc. 107. & in aliis ibi proximis, dum in hac facti specie non concurrerant circumstantiæ tales, quæ suadere possent,

quod dicta substitutio concepta esset per solam fideicommissariam juxta alteram theoreticam Angeli in eademl. quamdiu de qua eodem disc. 107. Ideoque pernacelle succedere debuisset dictus locus pius ulterior substitutus minus dilectus, excludendo illos filios, qui ad eiusdem substituti exclusionem positi fuerunt in conditione, & consequenter prædilecti Et propterea nè resularet superius insinuatam absurdum, præpotens resultat conjectura transmissionis inductiva, ut d. disc. 98. ubi habentur auctoritates huiusmodi conjecturam canonizantes; Et quidem videtur satis efficax, magnique faciendæ, quoniam non resultat à formalitate verborum & clausularum, quæ ex Notariorum stylo frequentius apponi solent, sed ex ipso facto, etiam in sensu humano seu naturali talem voluntatem verisimiliter suadente.

Alteræ erat magis proxima conjectura facti, quæ d testatrici probatur insensus dictus eius, vir hæredis gravati respectivè pater, non solum per extrinsecas probationes desuper deductas, sed etiam ex ipso met contextu testamenti, dum vivente filio heredem instituto, testatrix ei prohibuerat, tam usumfructum quam administrationem, aliaque ordinaverat viro odiosa dictam averfionem clarè denotantia; Ideoque sciens, quod eius filio ab intestato morientis ipse vir tanquam pater & unicus proximior succedere debuisset, ita huic per eam abhorritæ successioni occurrere voluit, non solum per substitutionem sororis, qua præmoriens hæc filii substitutio caducari potuisset, sed etiam per ulteriorem substitutionem loci pii nunquam defecturi, per quam ita de hoc reddebatur tuta, istaque conjectura in specie odibilitatis eius, qui data substitutionis caducatione, fuisset verisimiliter successurus, poteratur per DD. de more collectos per Fusar. quasi 490. num. 100. cum sequen. & num. 185. & per Buratt. decisione 568. numer. 9. cum aliis in hujus causæ decisione, quæ proinde solita remanet.

TUDERTINA FIDEICOMMISSI DE ACCVRSIIS.

PRO

LVDOVICO & FRATRIBVS
DE ACCVRSIIS

ET

PAVLO PHILIPPO
DE LÆLIIS.

Causa disputatus coram Arbitro, ac disputari præparatus in Rota, postea concordatus.

De extensione fideicommissi ad filios primi substituti vel gravati in exclusionem ulterioris substituti ex dispositione textus in l. cum avus, & l. cum acutissimi, etiam in testamento trans-

A a

versalis